

Eruditissimo, Doctissimoque Viri
Johanni Henrico Heichio
J. P. D.

127.

248

Laurentius Mehus

Ad 14 Kal. Septembres mihi reddita sunt humanissime literae tuae ad d. xiiij
Julii ad me datae, unaque cum illi Caroli IV Imp. ad Beroniam epistolae
quas ad me misisti. Magnas igitur pro tanto munere grates Tibi ago, ha-
beoque.

Studio ex literis ad me Presdae datis Excellentissimum atque bonum D.
Comitem Alberticum chechiensem Pontificis (ut volant) Nuncium
ad vos pervenisse. Tuum nunc erit, Viri Cl., Kyiaci Itinerarium a praes-
tantissimo legato Regii prope sanguinis nobilitate, maximo rerum usu
eximia humanitate, summaque litterarum omnium, ac scientia-
rum cognitione florente exponere. Eidem, si vis, studia tua de melio-
ri libentissime commendabo.

Paullo post quam Kyiacum in lucem edideram, mihi oblatum fuit ms.
membranaceus in 4^{to}, in quo ejusdem Itinerarii Epitome descripta
erat praefixa ad Cosmum illum medicum perbrevis epistola, dixe-
runtque ad calcem Italico quodam Epigrammate (vulgo un' sonetto)
de ejusdem Cosmi laudibus tractante. Manafii quoque Siculi ma-
phaeique Regii quondam celeberrimorum saeculo XVIII Poetarum
carmina reperis, quae si antea mihi innotuissent, Jo: Ciignani
Lucensis, Karolique Chetini versibus a me Jo: Henrico subjectis ad-
scriberem. Sed quomodo haec desint, multa tamen de hoc antiqua-
rium primipilo adnotavi, quae Tibi V. Cl., Tuique similibus
Viris doctissimis non injucunda fore confido.

Pa-Croziana excerpta at Uhlio edita cum eruditissima Disserta-
tione tua de Hypographia Gypsiensi jam ad Altitium ve-
netum, ut mihi pollicitus es, a Te missa fuisse arbitror. Nihil est
enim, quod magis exoptem, quam immortales illos Crozii, Hei-
chique mei Labores diurna, nocturna quoque manu servare.

243 v
Fasciculum Tibi curo, in quo Bartholomaei Facii epistolae, libellus
que de vitis aevi sui, id est saeculi XV illustratus, Leonardi Bathi,
Jacobique et Angeli eodem saeculo celeberrimorum litterarum, et Colucci
Salutati ad: 1406 defuncti epistolae a me editae Tibi dono mit-
tam ubi multa de Facii, plura de Leonardi Bathi, Jacobique
et Angeli, plurima vero de Colucci Salutati vita, studiis, scri-
ptis, et primis ex Codd: potissimum MS: in lucem protulis.
Est namque ille Colucius Salutati doctorum hominum pa-
trium, atque educator, qui Petrarchae ac Boccacii tempo-
re floruit, quique post eorum fata humaniora studia e-
verit, Leonardumque et Albertinum, Poggium, aliosque lit-
terarum vindices inflammavit, fovitque.

Curator Italici libelli in 4^{to}, cui titulus: Severa critiche scritte da
un' accademico Fiorentino a un' accademico Etrusco etc.
de quo ad me scripsit, est Antonius Franciscus Soringi, rem-
que totam, ut gesta est, parvis doctis. Ediderat Jo: Ga-
mirus Praefectus Bibliothecae Marchionum Riccardio-
rum libellum in fol: cui titulus: Jo: Gami in academia
Florentina Hist. Sarracae, et Eudae, Professoris, et Bibl. Ricci-
lianac Praefecti in antiquam tabulam aeneam
Securionum nomina, et descriptionem continentem,
et in privatis amplis. Dynastiae Senat. Equitis Vincen-
ti Mariae Riccardi Patricii Florentini Museo adser-
vatae observationes. Florentiae anno 1745. et 50-

Cuius, qui solus in antiquitatis aula dejectus vult, observationum
illarum censuram emisit sic inscriptam: Lettera critica Scrit-
ta de quibus verba facit. Gaming autem ut soni censuram re-
deret, tres hujusmodi libellos edidit:

Lettera giudiziosa prima dal un accademico francese al sig. Dot-
tor Antonio Francesco Soni. Forti per Antonio Barbani, 1746
in 8.

Lettera giudiziosa seconda d'un accademico Filergita all'
accademico francese. Firenze 1746 in 8.

Lettera giudiziosa terza di un accademico crabista all'
accademico Filergita &

Controversias seriem habet, usque desiderio tuo magnifica
qisque satisfactiam, Colucci, Nathi, Jacobi etugeli, Facii-
que operibus qamii observationes in Tabulam, ut et tres
hical epistolae contra Sonium, quae giudiziose inscriben-
tur, ad huc.

Excunto mense Aprilis hujus anni misi ad Cl. Menckenium
sebratem nonnulla exemplaria eundem operis a
Cl. Jacobo Bartholomaeo Beccari Bononiensi Profes-
sore elegantissime elucubrati, cui titulus: De quam
plurimum phosphoris nunc primum detectis Comenta-
rius. Bononiae ex Typographia Joelii a Vulpe 1744 Novi
in 4. In praesentiarum eundem Cl. Menckenium

rogo, ut unum ex his tibi meo nomine reddat, et quoniam
eiusdem Menckeni opera ex causis non levibus uti non
vis curato, ut nunquam deinceps eadem opus sit.

Scitis humanissime, ut soleo se non accepturum munera mea
nisi antea tibi significem, quibus libis apud vos excusis
opus habeam. Itaque ut humanitati tuae morem ge-
ram, haec sunt, quae a te avidissime expecto.

Scriptores rei publicae veteres Latinis curante Jo: Matthia
Gesnero. Lipsiae 1733 in 4.

Jo. Erh. Kappii dissertatio de Xiccone Polentone historiae
litterariae saeculi XI in Italia instauratore. Lipsiae
1733 in 4.

Godofredi Guillelmi Leibnitii epistolae ad diversos
edente Christiano Kortholto. Lipsiae 1736 Tom: 2
in 8.

Bernardi Monetae (de la Monnoye) epistola ad
Michaellem Maitairum, in qua suae in ejus
natae typographicae, et historiae Stephanorum
animadversiones exponit ex M. H. edita a Chy:
Beyero. Lipsiae 1733 in 8.

Henrici Stephani libellus de abusu linguae Graecae
cum notis Jo: Henrici Kromayeri. Berolini 1736
in 8.